

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

29

copum electus fuerat*, sed renuerat acceptare. Cum autem medicos videret tristes musicare¹, dixit mihi²: „cur celatur a me hic exitus vite? ego mori non timeo! celetur ab eis mors, quibus est amara mortis memoria, nec ei timendum est, qui, etsi domus eius terrestres destruitur, domum non manufactam eternam in celis felici commutatione consolatus³ expectat.“ Vitam igitur hanc erumpnosam⁴ festino⁵ quidem sed⁶ felici fine complevit. Felicis autem defunctionis eius hoc mihi indicium fuit, quod in exitu spiritus⁷ eius, cum me anxii⁸ crederem, quia⁹ tam bonum socium et tam utilem ordini amittebam e contrario subito¹⁰ sum iocunda hilaritate et devotione perfusus¹¹, ut minime flendum eum, qui ad gaudium transierat, testimonio consentiente commonerer.

Frater Conradus**, vir religiosus et in ordine predicator et lector graciosus, de cuius conversione in vita beati Dominici legitur, obitum suum et locum predixit. Cui continuis febribus laboranti apud¹² Magdeburg¹³ in Theutonia cum frater, qui ei serviebat, diceret: „Frater, Christus te vocat! cum venerit cum angelis visitare te, significa nobis!“ Annuit ille capite inclinato. In¹⁴ vigilia igitur beate Katherine¹⁵, presente priore et fratribus, cepit ille dulci voce¹⁶ cantare: „cantate domino canticum novum, alleluia¹⁷.“ Cumque nihil aliud loqui posset, clausis oculis, quasi mortuus videbatur, et cum iam fratres VII. psalmos*** dicerent, subito aperuit¹⁸ oculos et circumspiciens fratribus dixit: „dominus vobiscum“, et cum respon-

dissent: „et cum spiritu tuo“, ait: „fidelium anime per misericordiam dei requiescant in pace“, et responderunt: „amen“. Cumque priori eum alloquenti¹ nichil diceret, incepit conventus canticum graduum et cum dicerent² versum: „hec³ requies mea in seculum seculi“, levato brachio et extenso⁴ digito versus celum, ore iocundo et facie lucida expiravit⁵. Tunc prior dixit servitori eius cum fletu⁶: „certe, frater Roberte, satisfacit petitioni vestre.“ Item dixit prior: „fratres prosternamus nos! credo enim, quod⁷ veraciter adest dominus noster Jesus Christus.“ Quo facto multi tantam ibidem senserunt dulcedinem et devotionem experti sunt, quantam nec exprimere, nec credere valebant. Illi etiam, qui defuncti corpus induerunt, testati sunt, quod fragrantiam delectabilem et mirandam⁸ senserunt, que et⁹ multis diebus manibus eorum adhesit. Hoc ipse¹⁰ frater Robertus, predicator bonus, qui eius servitor fuit, et omnibus hiis interfuit, mihi fratri Gerardo¹¹* narravit.

§. 3. [fol. 70^a, 70^b. Pal.]

Frater Galterus Remensis, vir valde graciosus et eloquens, et animarum zelator precipuus cum multo tempore ferventer et utiliter predicasset, tandem in conventu Metensi infirmatus, ad extremum vite devenit. Cum¹² iam devote perceptis¹³ ecclesiasticis sacramentis circumstantes fratres eum ad confidentiam hortarentur¹⁴, respondit: „fratres de me ne timeatis¹⁵, nam ego morior in fide vera et in spe certa et caritate perfecta.“ Et post¹⁶ paululum feliciter migravit¹⁷ ad Christum. Hec ipsi fratres, qui adstant¹⁸, aliis retulerunt.

§. 4. [fol. 70^b. Pal.]

Cum quidam novitius laboraret in extremis in conventu Argentinensi, in Theutonia¹⁹, et fratres iam recommendarent ipsius animam²⁰ creatori, ex insperato aperuit oculos et ait: „audite, karissimi fratres, mihi accidit sicut alicui eunti ad forum et pro parvo pretio magnas merces ementi. Ecce enim regnum celorum accipio et causas nescio meritum.“ Et hoc dicto requievit in pace.

¹ ei loquenti, Pal. ² diceret, Pal. ³ hic, Pal. ⁴ et fehlt in Pal., sxtendo, Vr. ⁵ expiravit, Pal. ⁶ cum fletu fehlt in Pal. ⁷ fehlt in Vr. ⁸ mundam, Pal. ⁹ etiam, Vr. ¹⁰ etiam ipse, Vr. ¹¹ Gerardo, Pal. ¹² cumque, Vr. ¹³ receptis, Vr. ¹⁴ ortarentur, Pal. ¹⁵ timeas, pr. manu., Pal. ¹⁶ fehlt in Pal. ¹⁷ migravero, Pal. ¹⁸ abstant, Pal., astabant, Vr. ¹⁹ Theutonia, Pal. ²⁰ anima, Pal.

** Gerhart von Straßburg.

¹ vidisset, Pal. med. trist. mus. videret, Vr. ² ad me, Vr. ³ fehlt in Pal. ⁴ heriunnosam, Pal. ⁵ festine, Vr. ⁶ festino, quod, Pal. ⁷ fehlt in Pal. ⁸ anxiare, Pal. ⁹ quod, Vr. ¹⁰ subita iocunditate, yllaritate et, Pal. ¹¹ perfusus sum, Pal. ¹² apud, Vr. ¹³ Madebord, Pal. ¹⁴ fehlt in Pal. ¹⁵ Katherine, Pal. ¹⁶ dulce, Pal. ohne voce. ¹⁷ fehlt in Pal. ¹⁸ aperuit, Vr.

* Da nur vom 8. bis 13. Januar 1212 und vom 13. bis 24. Juli 1220 Sebisvacanzen in Kaufanne war und der hl. Dominicus 1221 starb, so kann diese Begebenheit wohl nur in das Jahr 1220 oder 21 fallen. S. Müllner Helv. sacra I. p. 20. Greith, die deutsche Mystik im Prediger-Orden, S. 13 sagt: Jordan sei im Mai 1220 mit drei anderen Brüdern von Paris nach Bologna geschickt worden. Auf dieser Reise (Juli 1220) könnte obige Begebenheit in Kaufanne stattgefunden haben.

** Dieser Conrad war von Havelberg und starb zwischen 1243 bis 54 in Magdeburg. Wahrscheinlich war er Reichthater im St. Agneskloster in der Neustadt Magdeburg. Er kommt daselbst als Zeuge in einer Urkunde vom 13. Mai 1243 vor: Conradus de Havelberghe de ord. frat. Predicat. S. Lebechurs Allgem. Archiv für die Geschichtsfunde des Preuss. Staates, Band 17. S. 74.

*** Die 7 Bußpsalmen, die man bei Sterbenden und Leichen betet.